didit. Etſi cognitæ attractionis veſtigia omni fere ætate apud clariſſimos viros inveniantur, Newtono nihilominus ſumma laus debetur, quod eam omnium maxime illuſtraverit, innumeriſque experimentis, & obſervationibus citra omnem dubitationem apud æquos rerum æſtimatores collocaverit; tum præcipuè, quod eandem feliciſſimè adhibuerit, ad phænomenorum præſertim cæleſtium explicationem. Videamus quatenus hoc Syſtema rationi certe, & experientiæ conſentaneum ſcopo noſtro accomodari queat.

Omnia corpora ſeſe mutuo petunt, aut ſeſe mutuo verſus ten-